



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

III. De clericis coniugatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ta, per fratres de Mercede & de Trinitate ordinum exigatur & leuetur, & per ipsos in dicta redemptione captiuorum fideliter dispensetur, de quibus dioecesanis episcopis, de his quæ in ipsorum dicēcesi prædicta de causa receperint, teneantur reddere rationem. Quod si in huiusmodi dispensatione vel administratione culpabiles reperti fuerint aut remissi, per eosdem dicēcesanos auctoritate nostra corrigantur, priuilegiis non obstantibus quibuscumque: statuentes nihilo minus, quod prædicti ecclesiarum prælati pœnas præmissas diligenter exigant, & per duos viros idoneos, per eos in propriis dicēcesibus deputandos, leuari & recolligi faciant, distribuendas iuxta modum & formam superius ordinatos. Volumus insuper & mandamus, quod prælati in ciuitatibus & dicēcesibus suis testes depotent synodales, qui per diceceses veritatem inquirant super omnibus supradictis, & ea quæ repererint, quam citius potuerint suis prælatis in Synodis, quas annuatim propterea celebrari iubemus, vel ipsis in remotis agentibus, eorum vicariis semel teneantur anno quolibet nuntiare, ne iidem prælati excusationem prætendere seu ignorantiam aliquam valeant allegare.


R V B R I C A III.

Cum in iure statutum existat, quod clerici coniugati qui cum vnicis & virginibus contraxerunt, si tonsuram & vestes differant clericales, priuilegium obtineant Canonis ab Innocentio papa II. editi in fauorem totius ordinis clericalis, & pro commissis ab eis excessibus vel dictis non possint a

ſæcu-

VRBANVS PALENTINVM. VVENCESLAVS IMP.
P. VI. IOANNES I. R. CASTELLÆ. 169

ANNO
CHRISTI
1588. sacerdibus iudicibus personaliter, aut etiam pecuniâliter condemnari, & nonnulli ex prædictis clericis coniugatis, ut fide dignorum relatione perceperimus, tonsuram aut vestes deferant honestati ordinis clericalis minime congruentes. Ideo statuimus quod clericus coniugatus, qui gaudere voluerit priuilegio supradicto, tonsuram seu clericam quantitatis inferius descriptæ deferat, vel maiorem, & vestem superiorem non virgatam aut bipartitam, quæ tamen usque ad medietatem tibiæ vel ultra in longitudine protendatur. Tonsuræ autem formam ad omne ambiguitatis tollendum dubium hic fecimus circumscribi, quam in eadem mensura per singulos prælatos seu eorum vicarios vel officiales iubemus imprimi loco utique publico & patenti, in valuis ecclesiarum cathedralium & aliarum maiorum ecclesiarum locorum insignium diccesum earumdem.



R VBRICA IV.

Execrandæ alienationis abusum, quo prælati & aliæ personæ ecclesiasticæ maxime in regnis & terris regi Castellæ subiectis existentes, administratio-

Concil. Tom. 29.

Y